Gaucquier, Alard du. Magnificat octo tonorum, quatuor, quinque, et sex vocum . . . Venezia, Giorgio Angelieri. 1574. Apud. RISM G576.

Title:

MAGNIFICAT OCTO TONORVM,
QVATVOR, QVINQVE, ET SEX VOCVM,
NVNC PRIMVM EXCVSSA,
ET PER
ALARDVM DV GAVCQVIER SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS
Chori Muſici Vicepræfectum, compoſita.
[Printer's mark]
IN VENETIA, M D LXXIIII.

Apud Georgium Angelerium.

Dedication:

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC D. D. GEORGIO PRENNER. | APVD S. DOROTHEAM VIENNÆ PRÆPOSITO, | Domino ac Patrono ſuo plurimum colendo. |

COnſueuerunt non pauci, uir admodum Reuerende, ac Venerabilis Domine, ſuum animum ijs, quorum | ſummam experti ſunt beneuolentiam, explicare, ita enim naturæ compoſiti ſumus, ut ſemper optimis qui|busque rebus ſapientum, aut in Republica illuſtrium uirorum amicitiam nobis conciliemus. Hoc ſuadet hu-|manitatis ratio, & uis intelligentiæ noſtræ id unum comprę̨hendit, quam qui aut negligit, aut oppugnat is | non modo ſeipſum lædere, ſed & omnem humanam ſocietatem uiolare uidetur. Quantum uerò ex una hac | ratione T. R. D. debeam, non facile dixerim; quoties enim tot illas animi tui ſignificationes, tot beneuolen-|tiæ ac humanitatis erga me ſigna recolo, iucunda quadam recordatione excitor, & ut aliquando tibi gratificer, ultrò citroque | inflammor, meque etiam atque etiam ad bene de te merendum exhortor; atque id hoc præſertim tempore, cum tuam R. D. | ad altiores dignitatis gradus pertigiſſe cognoſcam. Quæ ſanè res ſæpe me exhilarat, & ut eam poſteritati, qua poſſum, memo-|ria commendem, adducor. Auĉtus es honore non exili aut tenui, ſed eo planè qui magnus eſt apud homines & Deum: neq; | enim Religioni ſolum & deo te conſecraſti, (quod qui feciſſent, magnifica ſemper maiorum noſtrorum atque piorum om-|nium commendatione celebrati ſunt) uerum etiam in eum locum eueĉtus es, unde quaſi è ſpecula inferiorum uitam intueri, | mores eorum componere, & res ſacras uitæ ſanĉtimonia, & religione incorrupta adminiſtrare poſsis. Vt igitur beneuolen-|tiæ tuæ in me, inſuper & religioſæ dignitatis, qua nunc fulges, rationem, ac memoriam redderem multo quàm antea clario-|rem; hoc opus Muſicum, quod ſane laborum meorum primitias continet, T. R. D. imprimis offerre, ac dedicare uolui: tum | etiam quod in hoc uno ſtudio, uoluptatis, & gratiæ, omniſque ſuauitatis pleno, te non parùm excellere, omnes qui de re Mu-|ſica bene meriti ſunt, ac iudicio ualent, facile agnoſcant. Arbitratus proinde ſum T. R. D. has meas operas uocumque ua-|rias figurationes non fore ingratas; meq; id prę̨ſtiturum, quod ex memoria dignitatis tuæ, me tibi tuisq; æterna quadam gra-|ti animi teſtificatione ac beneuolentia deuinciat. Deus R.

D. T. nobis ac Chriſtianæ Republicæ quàm diutiſsime ſeruet in-|columem. Datum Viennæ Auſtriæ die primus Auguſti Anno. 1573. |

T. R. D. | Addiĉtiſsimus. |Alardus du Gaucquier. |

Contents:

Et exultauit	Primi Toni [even verses]
Et exultauit	Secundi Toni [even verses]
Et exultauit	Tertij Toni [even verses]
Et exultauit	Quarti Toni [even verses]
Et exultauit	Quinti Toni [even verses]
Et exultauit	Sexti Toni [even verses]
Et exultauit	Septimi Toni [even verses]
Et exultauit	Oĉtaui Toni [even verses]

Part-books:

CANTVS	A-C^4	24pp. Dedication. No Index.
TENOR	A-C^4	24pp. Dedication. No Index.
ALTVS	A-B^4, C^2	20pp. Dedication. No Index.
BASSVS	A-B^4, C^2	20pp. Dedication. No Index.

Remarks:

Oblong quarto format. Cantus in PL-WRu copy misbound, with pages out of order. Copies consulted: **D**-Kl; **PL**-WRu. RISM G576.